

# LIBER GENESIS 1,1-31 - SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,  
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam  
Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)*

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

**Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)**

**Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)**

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

**Verdeutschung von M. Buber**

**gemeinsam mit Fr. Rosenzweig (Schneider, 1987)**

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

**Copyright by Hans Dieter Peltzer**

1 In principio creavit Deus coelum & terram.

*In principio creavit Deus coelos & terram.*

In principio fecit deus caelum et terram.

**In principio creavit Deus caelum et terram.**

**Im Anfang schuf Gott den Himmel und die Erde.**

**Im Anfang schuf Gott den Himmel und die Erde.**

2 Terra autem erat inanis & vacua, & tenebrae erant super faciem abyssi: & spiritus Dei ferebatur super aquas.

*Et terra erat solitudo & inanitas: & caligo super facies abyssi: et spiritus Dei motabat super facies aquarum.*

Terra autem erat invisibilis et incomposita et tenebrae erant super abyssum et spiritus dei supereferebatur super aquas.

**Terra autem erat inanis et vacua, et tenebrae [erant] super faciem abyssi, et spiritus Dei ferebatur super aquas.**

**Die Erde aber war Wüste und Leere und Finsternis über der weiten Tiefe, und der Wind Gottes flutternd über den weiten Wassern.**

**Die Erde aber war Irrsal und Wirrsal. Finsternis über Urwirbels Antlitz. Braus Gottes schwingend über dem Antlitz der Wasser.**

3 Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta est lux.

*Et dixit Deus: Sit lux. Et fuit lux.*

Et dixit deus fiat lux et facta est lux.

**Dixitque Deus: "Fiat lux". Et facta est lux.**

**Da sprach Gott: Es werde Licht! Und Licht ward.**

**Gott sprach: Licht werde! Licht ward.**

4 Et vidit Deus lucem quod esset bona: & divisit lucem a tenebris.

*Et vidit Deus lucem, quod bona: & divisit Deus inter lucem & inter tenebras.*

Et vidit deus lucem quia bona est et divisit deus inter lucem et tenebras.

**Et vidit Deus lucem quod esset bona et divisit Deus lucem ac tenebras.**

**Und Gott sah das Licht, daß es gut war, da schied Gott zwischen dem Licht und zwischen der Finsternis.**

**Gott sah das Licht, dass es gut ist. Gott schied zwischen dem Licht und der Finsternis.**

5 Appellavitque lucem Diem, & tenebras Noctem: factumque est vespere & mane, dies unus.

*Et vocavit Deus lucem diem, & tenebras vocavit noctem. Et fuit vespera, & fuit mane, dies unus.*

Et vocavit deus lucem diem et tenebras vocavit noctem et facta est vespera et factum est mane, dies unus.

**Appellavitque Deus lucem Diem et tenebras Noctem. Factumque est vespere et mane, dies unus.**

**Und Gott berief das Licht als Tag, und die Finsternis berief er als Nacht.**

**Und es ward Abend, und es ward Morgen, Ein Tag.**

**Gott rief dem Licht: Tag! Und der Finsternis rief er: Nacht!**

**Abend ward und Morgen ward: Ein Tag.**

6 Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: & dividat aquas ab aquis.

*Et dixit Deus: Sit expansio in medio aquarum, & sit dividens inter aquas*

*ad aquas.*

Et dixit deus fiat firmamentum in medio aquae et sit (C) divisio inter aquam et aquam et sic est factum / (E) dividens inter aquam ... et factum est sic.

**Dixit quoque Deus: “Fiat firmamentum in medio aquarum et dividat aquas ab aquis”.**

**Da sprach Gott: Es werde eine Ausdehnung inmitten der Wasser und werde ein Unterscheidendes zwischen Wassern und Wassern.**

**Gott sprach: Gewölb werde inmitten der Wasser und sei Scheide von Wasser und Wasser!**

7 Et fecit Deus firmamentum, divisitque aquas quae erant sub firmamento, ab his quae erant super firmamentum. Et factum est ita.

*Et fecit Deus expansionem, & divisit inter aquas quae subter expansionem, & inter aquas quae super expansionem. Et fuit ita.*

(C) Et fecit deus firmamentum et divisit deus inter aquam quae est super

(E) Et fecit deus firmamentum et divisit inter medium aquae quae erat sub

(C) firmamentum et inter aquam quae est sub firmamento.

(E) firmamento et inter medium aquae quae erat super firmamentum.

**Et fecit Deus firmamentum divisitque aquas, quae erant sub firmamento, ab his, quae erant super firmamentum. Et factum est ita.**

**Da machte Gott die Ausdehnung, und sie schied zwischen den Wassern, welche unterhalb der Ausdehnung und den Wassern, welche oberhalb der Ausdehnung, und es geschah also.**

**Gott machte das Gewölb und schied zwischen dem Wasser, das**

**unterhalb**

**des Gewölbs war, und dem Wasser, das oberhalb des Gewölbs war. Es ward so.**

8 Vocavitque Deus firmamentum, Coelum: & factum est vespere & mane, dies secundus.

*Et vocavit Deus expansionem coelos: Et fuit vespera, & fuit mane, dies secundus.*

Et vocavit deus firmamentum caelum et vidit deus quia bonum est et facta est vespera et factum est mane, dies secundus.

**Vocavitque Deus firmamentum Caelum. Et factum est vespere et mane, dies secundus.**

**Da berief Gott die Ausdehnung als Himmel, und es ward Abend, und es ward Morgen, ein zweiter Tag.**

**Dem Gewölb rief Gott: Himmel! Abend ward und Morgen ward: Zweiter Tag.**

9 Dixit vero Deus: Congregentur aquae, quae sub coelo sunt, in locum unum: & appareat arida. Et factum est ita.

*Et dixit Deus: Congregentur aquae de sub coelis ad locum unum, ut(?) appareat arida. Et fuit ita.*

Et dixit deus congregetur aqua quae sub caelo est in congregatione(m) una(m)

(C) et videatur arida et sic est factum et congregata est aqua

(E) et pareat arida et factum est sic et congregata est aqua quae est sub caelo

(C) in congregatione(m) una(m).

(E) in congregationes suas et paruit arida.

**Dixit vero Deus: “Congregentur aquae, quae sub caelo sunt, in locum unum, et appareat arida”. Factumque est ita.**

**Da sprach Gott: Gesammelt werden sollen die Wasser, unterhalb des Himmels nach Einem Ort, und sichtbar gemacht werde das Trockene, und es ward also.**

**Gott sprach: Das Wasser unterm Himmel stau sich an einem Ort, und das Trockne lasse sich sehn! Es ward so.**

10 Et vocavit Deus aridam, Terram; congregationesque aquarum appellavit Maria. Et vidit Deus quod esset bonum.

*Et vocavit Deus aridam, terram; & congregationem aquarum appellavit maria. Et vidit Deus quod bonum.*

(C) Et vocavit deus aridam terram et congregationem aquae vocavit mare.

(E) Et vocavit deus aridam terram et congregationes aquarum vocavit maria.

(L) et vidit deus quia bonum est.

**Et vocavit Deus aridam Terram congregationesque aquarum appellavit Maria. Et vidit Deus quod esset bonum.**

**Da berief Gott das Trockene als Erde, und die Sammlung der Wasser berief er als Meere. Und Gott sah, dass es gut war.**

**Dem Trocknen rief Gott: Erde! Und der Stauung der Wasser rief er: Meere! Gott sah, dass es gut ist.**

11 Et ait: Germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum Pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita.

*Et dixit Deus: Germinet terra germen, herbam seminificantem semen, arborem fructus facientem fructum speciei suae, cuius semen in ea super terram. Et fuit ita.*

Et dixit deus germinet terra herbam

(C) pabuli ferentem semen secundum suum genus et similitudinem

(E) faeni seminantem semen secundum genus et secundum similitudinem

(C) et lignum fructuosum faciens fructum cuius semen sit in se

(E) et lignum fructiferum faciens fructum cuius semen in ipso

(C) secundum suam similitudinem et sic est factum.

(E) in similitudinem super terram et factum est sic.

**Et ait Deus: “Germinet terra herbam virentem et herbam facientem semen et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram”. Et factum est ita.**

**Da sprach Gott: Es grüne die Erde in Grün, Halm, der Samen samt und Holz mit Frucht, das Frucht schafft nach seinen Arten, in der sein Same ist, auf der Erde, und es ward also.**

**Gott sprach: Sprießen lasse die Erde Gespross, Kraut, das Samen samt, Fruchtbaum, der nach seiner Art Frucht macht, darin sein Same ist, auf der Erde! Es ward so.**

12 Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen iuxta genus suum,

lignumque faciens fructum, & habens unumquodque sementem secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum.

*Et protulit terra germen, herbam seminificantem semen in specie sua, & arborem facientem fructum cuius semen in ea in specie sua. Et vidit Deus quod bonum.*

(C) Et eiecit terra herbam pabuli ferentem semen secundum suum genus

(E) Et produxit terra herbam faeni seminantem semen secundum genus

(C) et lignum fructiferum faciens fructum cuius semen est in se

(E) et secundum similitudinem et lignum fructiferum faciens

(C) secundum suam similitudinem

(E) fructum cuius semen in ipso ad genus super terram

(L) et vidit deus quia bonum est.

**Et protulit terra herbam virentem et herbam afferentem semen iuxta genus suum lignumque faciens fructum, qui habet in semetipso sementem secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum.**

**Da brachte die Erde heraus: Grün, Halm, der Samen saamt nach seinen Arten und Holz, das Frucht schafft nach seinen Arten. Da sah Gott, daß es gut war.**

**Die Erde trieb Gespross, Kraut, das nach seiner Art Samen samt, Baum, der nach seiner Art Frucht macht, darin sein Same ist. Gott sah, dass es gut ist.**

*Et fuit vespera, & fuit mane, dies tertius.*

Et facta est vespera et factum est mane, dies tertius.

**Et factum est vespere et mane, dies tertius.**

**Und es ward Abend und es ward Morgen, ein dritter Tag.**

**Abend ward und Morgen ward: Dritter Tag.**

14 Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento coeli, & dividant diem ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos:

*Et dixit Deus: Sint luminaria in expansione caelorum, ad dividendum inter diem & inter noctem; & sint in signa, & tempora, & dies, & annos.*

Et dixit deus fiant luminaria in firmamento caeli ita ut luceant super terram et dividant inter diem et noctem et sint in signis et in temporibus et in diebus et in annis.

**Dixit autem Deus: “Fiant luminaria in firmamento caeli, ut dividant diem ac noctem et sint in signa et tempora et dies et annos,**

**Da sprach Gott: Es seien Leuchten an der Ausdehnung des Himmels, damit sie scheiden zwischen dem Tag und zwischen der Nacht, und sie seien für Zeichen und für Zeiten und für Tage und Jahre.**

**Gott sprach: Leuchten seien am Gewölb des Himmels, zwischen dem Tag und der Nacht zu scheiden, dass sie werden zu Zeichen, so für Gezeiten, so für Tage und Jahre.**

15 Ut luceant in firmamento coeli, & illuminent terram. Et factum est ita.

*& sint in luminaria expansione caelorum, ad illuminandum super terram.*

*Et fuit ita.*

Et sint in splendore(m)

(E) in firmamento caeli ut luceant super terram et factum est sic.

(K) in solidamento caeli ita ut luceant super terram et sic est factum.

**ut luceant in firmamento caeli et illuminent terram.” Et factum est ita.**

**Und sie seien zu Leuchten an der Ausdehnung des Himmels, um auf die Erde zu leuchten, und es ward also.**

**Und seien Leuchten am Gewölb des Himmels, über die Erde zu leuchten!**

**Es ward so.**

16 Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, ut praeeset diei; & luminare minus, ut praeeset nocti: & stellas.

*Et fecit Deus duo luminaria magna: luminare maius ad dominium diei, & luminare minus ad dominium noctis, & stellas.*

(E) Et fecit deus duo luminaria magna luminare maius in inchoatione(m) diei

(K) Et fecit deus duo luminaria maiora luminare maius in initium diei

(E) et luminare minus in inchoatione(m) noctis et stellas.

(K) et luminare minus in initium noctis et stellas.

**Fecitque Deus duo magna luminaria: luminare maius, ut praeeset diei, et luminare minus, ut praeeset nocti, et stellas.**

**Und es machte Gott die beiden großen Leuchten, die große Leuchte zur Herrschaft des Tages und die kleine Leuchte zur Herrschaft der Nacht, und die Sterne.**

**Gott machte die zwei großen Leuchten, die größte Leuchte zur Verwaltung**

**des Tags und die kleinre Leuchte zur Waltung der Nacht, und die Sterne.**

17 Et posuit eas in firmamento coeli, ut lucerent super terram,

*Et posuit eas Deus in expansione coeli, ad illuminandum super terram.*

Et posuit illa(s) deus in firmamento caeli sic, ut luceant super terram.

**Et posuit eas Deus in firmamento caeli, ut lucerent super terram**

**Und Gott brachte sie an der Ausdehnung des Himmels an, damit sie auf die Erde leuchten.**

**Gott gab sie ans Gewölb des Himmels, über die Erde zu leuchten,**

18 Et praessent diei ac nocti, & dividerent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quod esset bonum.

*Et ad dominandum in diem & in noctem, & ad dividendum inter lucem & inter tenebras. Et vidit Deus quod bonum.*

Et praesint diei et nocti et dividant inter diem et noctem et vidit deus quia bonum est.

**et praessent diei ac nocti et dividerent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quod esset bonum.**

**Und damit sie herrschen am Tage und in der Nacht und damit sie scheiden zwischen dem Licht und der Finsternis. Und Gott sah, daß es gut war.**

**des Tags und der Nacht zu walten, zu scheiden zwischen dem Licht und der Finsternis. Gott sah, dass es gut ist.**

19 Et factum est vespere & mane, dies quartus.

*Et fuit vespera, & fuit mane, dies quartus.*

Et facta est vespera et factum est mane, dies quartus.

**Et factum est vespere et mane, dies quartus.**

**Und es ward Abend und es ward Morgen, ein vierter Tag.**

**Abend ward und Morgen ward: Vierter Tag.**

20 Dixit etiam Deus: Producant aquae reptile animae viventis, & volatile

super terram sub firmamento coeli.

*Et dixit Deus: Reptificent aquae reptile animae viventis: & volatile volet*

*super terram, super facies expansionis caelorum.*

Et dixit deus eiciant aquae reptilia animarum vivarum et volatilia volantia

super terram sub firmamento caeli et sic est factum.

**Dixit etiam Deus: “Pullulent aquae reptile animae viventis, et volatile volet super terram sub firmamento caeli.”**

**Da sprach Gott: Wimmeln sollen die Wasser ein Gewimmel, lebende Wesen; und Vögel sollen fliegen können über der Erde am weiten Himmel.**

**Gott sprach: Das Wasser wimmle, ein Wimmeln lebenden Wesens, und Vogelflug fliege über der Erde vorüber dem Antlitz des Himmelsgewölbs!**

21 Creavitque Deus cete grandia, & omnem animam viventem atque motabilem,

quam produxerant aquae in species suas, & omne volatile secundum genus

suum. Et vidit Deus quod esset bonum.

*Et creavit Deus cetos magnos, & omnem animam viventem repentem, quam repere fecerunt aquae in specie sua, & omne volatile alatum in specie sua. Et vidit Deus quod bonum.*

Et fecit deus coetos magnos et omnem animam animalium repentium quae

(C) eiecerunt aquae secundum uniuscuiusque genus

(I) eduxerunt aquae secundum genus suum

et omne volatile pennatum secundum suum genus et vidit deus quia bona sunt.

**Creavitque Deus cete grandia et omnem animam viventem atque motabilem, quam pullulant aquae secundum species suas, et omne volatile secundum genus suum. Et vidit Deus quod esset bonum;**

**Da schuf Gott die großen Wale; auch alle schwimmenden Lebewesen, von denen die Wasser wimmeln, nach ihrer Art, und jeden Vogel mit Schwingen nach seiner Art; und Gott sah, daß es gut war.**

**Gott schuf die großen Ungetüme und alle lebenden regen Wesen, von denen das Wasser wimmelte, nach ihren Arten, und allen [jeden] befittichten Vogel nach seiner Art. Gott sah, dass es gut ist.**

22 Benedixitque eis, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris: avesque multiplicentur super terram.

*Et benedixit eis Deus, dicendo: Crescite & multiplicamini, & replete aquas in maribus: & volatile multiplicet se in terra.*

Et benedixit illa deus dicens crescite et multiplicamini et implete aquas maris et volatilia multiplicentur super terram.

**benedixitque eis Deus dicens: “Crescite et multiplicamini et replete  
aquas maris, avesque multiplicentur super terram.”**

**Und Gott segnete sie also: Seid fruchtbar und mehret euch und füllet  
die Wasser in den Meeren, und die Vögel sollen sich mehren auf der  
Erde.**

**Gott segnete sie, sprechend: Fruchtet und mehrt euch und füllt das  
Wasser in den Meeren, und der Vogel mehre sich auf Erden!**

23 Et factum est vespere & mane, dies quintus.

*Et fuit vespera, & fuit mane, dies quintus.*

Et facta est vespera et factum est mane, dies quintus.

**Et factum est vespere et mane, dies quintus.**

**Und es ward Abend und es ward Morgen, ein fünfter Tag.**

**Abend ward und Morgen ward: Fünfter Tag.**

24 Dixit quoque Deus: Producat terra animam viventem in genere suo,  
iumenta, & reptilia, & bestias terrae secundum species suas.

Factumque est ita.

*Et dixit Deus: Producat terra animam viventem ad speciem suam,  
iumentum & reptile & feram terrae secundum speciem suam:*

*Et fuit ita.*

Et dixit deus

(C) eiciat terra animam vivam secundum unumquodque genus

(E) producat terra animam vivam secundum genus

(C) quadrupedum et serpentium et bestiarum terrae et sic est factum

(E) quadrupedia et reptilia et bestias terrae secundum genus et factum est sic

(M) quadrupedes et serpentes et bestias terrae et pecora secundum genus

(M) et omnia reptilia ad genus.

**Dixit quoque Deus: “Producat terra animam viventem in genere suo, iumenta et reptilia et bestias terrae secundum species suas.”**

**Factumque est ita.**

**Da sprach Gott: Es lasse die Erde herausgehen Lebewesen nach ihrer Art, Vieh und Gewürm und Wild der Erde nach seiner Art. Und es ward also.**

**Gott sprach: Die Erde treibe lebendes Wesen nach seiner Art, Herdentier, Kriechgerege und das Wildlebende des Erdlands nach seiner Art! Es ward so.**

25 Et fecit Deus bestias terrae iuxta species suas, & iumenta & omne reptile terrae in genere suo. Et vidit Deus quod esset bonum.

*Et fecit Deus feram terrae secundum speciem suam, & iumentum secundum speciem suam, & omne reptile terrae ad speciem suam. Et vidit Deus quod bonum.*

Et fecit deus bestias terrae secundum genus et pecora secundum genus et omnia serpentia terrae secundum genus et vidit deus quia bonum est.

**Et fecit Deus bestias terrae iuxta species suas et iumenta secundum species suas et omne reptile terrae in genere suo. Et vidit Deus quod esset bonum.**

**Da machte Gott das Wild der Erde nach seiner Art und das Vieh nach seiner Art und alles Gewürm des Erdbodens nach seiner Art, und Gott sah, daß es gut war.**

**Gott machte das Wildlebende des Erdlands nach seiner Art und das Herdentier nach seiner Art und alles Gerege des Ackers nach seiner Art. Gott sah, dass es gut ist.**

26 Et ait: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & praesint piscibus maris, & volatilibus coeli, & bestiis, universaeque terrae, omnique reptili quod movetur in terra.

*Et dixit Deus: Faciamus hominem in imagine nostra, secundum similitudinem nostram, & dominantur in pisces maris & in volatile caeli, & in iumentum & in omnem terram, & in omne reptile reptans super terram.*

Et dixit deus faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram et habeat potestatem piscium maris et volatilium caeli et omnium pecorum et ferarum et omnis terrae et omnium reptilium quae super terram repunt.

**Et ait Deus: “Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram; et praesint piscibus maris et volatilibus caeli et bestiis universaeque terrae omnique reptili, quod movetur in terra”.**

**Da sprach Gott: Wir wollen einen Menschen machen! In unserem Ebenbilde nach unserem Gleichnis, und herrschen sollen sie über die Fische des Meeres und über die Vögel des Himmels und über das Vieh und über die ganze Erde und über alles Gerege, das sich regt auf der Erde.**

**Gott sprach: Machen wir den Menschen in unserem Bild nach unserem Gleichnis! Sie sollen schalten über das Fischvolk des Meeres, den Vogel des Himmels, das Getier, die Erde all, und alles Gerege, das auf Erden sich regt.**

27 Et creavit Deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem Dei creavit illum; masculum & foeminam creavit eos.

*Et creavit Deus hominem in imagine sua; in imagine Dei creavit illum: masculum & foeminam creavit eos.*

Et fecit deus hominem ad imaginem dei fecit illum masculum et feminam fecit illos.

**Et creavit Deus hominem ad imaginem suam; ad imaginem Dei creavit illum; masculum et feminam creavit eos.**

**Da schuf Gott den Menschen in seinem Ebenbilde, im Ebenbilde Gottes schuf er ihn, männlich und weiblich schuf er sie.**

**Gott schuf den Menschen in seinem Bilde, im Bilde Gottes schuf er ihn, männlich, weiblich schuf er sie.**

28 Benedixitque illis Deus, & ait: Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus coeli, & universis animantibus, quae moventur super terram.

*Et benedixit eis Deus, & dixit ad eos Deus: Crescite & multiplicare vos, & replete terram, & subicite eam: & dominamini in pisces maris, & in volatile caeli, & in omnem bestiam reptantem super terram.*

Et benedixit eos deus dicens crescite et multiplicamini et replete terram  
et dominamini eius et habete potestatem piscium maris et volatilium caeli

(C) et reptantium omnium

(I) et omnium pecorum terrae et omnium reptantium

quae repunt super terram.

**Benedixitque illis Deus et ait illis Deus: “Crescite et multiplicamini et replete terram et subicite eam et dominamini piscibus maris et volatilibus caeli et universis animantibus, quae moventur super terram.”**

**Und Gott segnete sie und Gott sprach zu ihnen: Seid fruchtbar und mehret euch, und füllet die Erde und unterwerfet sie euch und herrschet über die Fischwelt des Meeres und über die Vogelwelt des Himmels und über die ganze Tierwelt, die sich auf der Erde tummelt.**

**Gott segnete sie, Gott sprach zu ihnen: Fruchtet und mehrt euch und füllet die Erde und bemächtigt euch ihrer! Schaltet über das Fischvolk des Meeres, den Vogel des Himmels und alles Lebendige, das auf Erden sich regt!**

29 Dixitque deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & universa ligna quae habent in semetipsis sementem generis sui, ut sint vobis in escam:

*Et dixit Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam seminificantem semen, quae in superficie omnis terrae; & omnem arborem in qua fructus arboris seminificans semen: vobis erit in escam.*

(E) Et dixit deus ecce dedi vobis omne pabulum sativum seminans semen

quod est super omnem terram et omne lignum quod habet in se fructum  
seminis sativi erit vobis in escam.

**Dixitque Deus: “Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super  
terram et universa ligna, quae habent in semetipsis fructum ligni  
portantem sementem, ut sint vobis in escam.**

**Und Gott sprach: Seht da, ich gebe euch alles samentragende Kraut,  
das auf der ganzen weiten Erde ist, und jeden Baum, an dem  
samengebende Baumfrucht ist; für euch sei es zur Speise.**

**Gott sprach: Da gebe ich euch alles samensäende Kraut, das auf dem  
Antlitz der Erde all ist, und all jeden Baum, daran samensäende  
Baumfrucht ist, euch sei es zum Essen.**

30 Et cunctis animantibus terrae, omnique volucris caeli, & universis quae  
moventur in terra, & in quibus est anima vivens, ut habeant ad vescendum.

Et factum est ita.

*Et omni bestiae terrae, & omni volatili caelorum, & omni reptanti super  
terram, in quo anima vivens omne olus herbae in escam. & fuit ita.*

Et omnibus bestiis terrae et omnibus volatilibus caeli et omnibus  
reptantibus quae repunt super terram quod habet in se spiritum vitae  
et omne faenum viride ad escam et factum est sic.

(C) pabulum viride in escam et sic est factum.

**et cunctis animantibus terrae omnique volucris caeli et universis, quae  
moventur in terra et in quibus est anima vivens, omnem herbam  
virentem ad vescendum.” Et factum est ita.**

**Und allem Getier der Erde und allen Vögeln des Himmels und allem,  
was kreucht auf der Erde, in dem nahrungsbedürftiges Leben ist,  
alles Blatt des Krautes zur Speise. Und es ward also.**

**Und allem Lebendigen der Erde, allem [jedem] Vogel des Himmels,  
allem, was auf Erden sich regt, darin lebendes Wesen ist, alles Grün des  
Krauts zum Essen. Es ward so.**

31 Viditque Deus cuncta quae fecerat: & erant valde bona. Et factum est vespere  
& mane, dies sextus.

*Et vidit Deus omne quod fecerat, & ecce bonum valde: & fuit vespera &  
fuit mane, dies ipse sextus.*

Et vidit deus omnia quaecumque fecit et ecce bona valde. Et facta est vespera  
et factum est mane, dies sextus.

**Viditque Deus cuncta, quae fecit, et ecce erant valde bona. Et factum est  
vespere et mane, dies sextus.**

**Da sah Gott alles, was er gemacht hatte, an, und siehe, es war sehr gut;  
und es ward Abend und es ward Morgen, der sechste Tag.**

**Gott sah alles, was er gemacht hatte, und da, es war sehr gut. Abend  
ward und Morgen ward: Der sechste Tag.**